- Fortitudo** I.: quid sit 278; eius obiectum, eius actus proprius 279; virtutia fortitudini opposita 280; eius partes integrantes et potentiales 281; eius actus principalis est *martyrium* 282.
- Fructus** II.: quid sint et quotuplices 363; fructus industriales non restituendi, naturales et civiles quando restituendi 447; missae v. **Missa**.
- Functiones sacrae** II.: num sit simonia pro eis pretium accipere 194.
- Funera civilia** II.: num eis interesse liceat 109.
- Furtum** II.: quid sit 414; quatenus differat a rapina 413; eius malitia 414; materia furti relative et absolute gravis 415 s.; furta domestica 417; rerum expositarum 418; rerum ad plures pertinentium 423; furtuta minuta 419; quando materia furtis ablata coalescat 420 ss. (v. I, 322); quid a furto excuset 424 ss.

G.

- Gaudium pravum** I.: quid sit 334; quotplex eius obiectum 334; quale peccatum sit 335; num peccatum sit gaudere *de modo*, quo malum patratum est 335; *de bono effectu* mali 335; de malo *propter bonum effectum* 335.
- Generatio** IV.: activa, passiva 6; organa generationis in mare, in femina 5; actus generationis 6.
- Gestio negotiorum** II.: quid sit 574.
- Gloria Dei** I.: interna, externa; obiectiva, formalis 14.
- Gratia facta et facienda** I.: quid sit 121.
- Gratia sanitatum** II.: a vana observantia discernenda 162.
- Gula** I.: quid et quotplex sit, quot modis committi possit; quale peccatum sit; eius filiae 342; num grave peccatum sit comedere usque ad vomitum 342; vesci carnibus humanis 342.

H.

- Habitatio** II.: ad quid inserviat 66.
- Habitus** I.: quid sit, quomodo acquiratur, habitus et consuetudo 59; eius influxus in actus humanos 60; substantivus, operativus 257.
 — *infusi* v. **Virtutes**.
 — *peccandi* v. **Consuetudo**.
- Haeresis** II.: quid sit 29; materialis, formalis 30; eius malitia 31; num fides negari possit sine formali haeresi 33; num negare propositionem ab ecclesia damnatam haeresis sit 32; num revelationem privatam 32; dubium de fide 33.
- Haeretici** II.: num liceat cum eis communicare 37; eorum tempa ingredi, eorum functionibus, nuptiis interesse 39; comitari eorum funera 39; cum eis disputare 40; ad moribundum vocare ministrum haereticum 122. — III.: quando haeretici ad fidem conversi iterum baptizandi sint 74; haeretici non possunt esse

patrini 78; num haeretici absolvi possint 297; num pro eis sive vivis sive defunctis missa applicari possit 177.

Hereditas II.: quid sit, quot modis acquiri possit 552; dupli modo acceptari potest 555.

Heres II.: quis dicatur 553; universalis, particularis 403; ab intestato, ex testamento; necessarius; legitimus 553; tenetur acceptare hereditatem 554; eius obligationes 554; debet implere vota defuncti 224; num teneatur restituere bona ecclesiastica a clero accepta 782.

Hermaphroditii III.: qui dicantur, num matrimonium inire, ordines suscipere possint 571.

Historiographi II.: quatenus eius liceat defunctorum crima litteris consignare et propalare 653.

Homicidium II.: quid sit 336; quotplex sit 337; eius diversae species 337; quatenus ex eo oriatur obligatio restituendi 466 ss.; erga creditores occisi 467; v. **Occisio**.

Honor II.: quid sit, 66. 642; quomodo differat a cultu 131; ius in honorem 643; quatenus et quomodo reparandus sit honor laesus 665; num ad reparandum honorem sit venia petenda 665.

Hypersexualitas IV.: quid sit, eius causa, signa, imputabilitas 46.

Hypnotismus II.: quid sit 747; eius phaenomena 747; num viribus naturalibus producantur 748; per se illicitus est 749; quatenus licite exerceri possit 749.

Hypotheca II.: 361.

I.

Idolatria II.: quid et quotplex sit 151; eius malitia 152.

ieiunium II.: quotplex distinguatur 673; utrum iuris divini an ecclesiastici sit 673; ad quid et quos obliget 674 s.; quando committatur grave peccatum contra iejunium 676; quibus diebus obliget 674; quae sit essentia ieunii 680; tempus refec-tionis diebus ieunii 683; num anticipare, inverttere liceat 683; quinam a ieunio excusentur 685; quis in eo dispensare pos-sit 687.

— *naturale* III.: ante communionem praeceptum 146; in quo consistat 146; qui dubitat, an sit ieunus, communicare potest 146; tempus mediae noctis physice computandum est 147; secundum horologium quodcunque ordinarie bene directum 147; secundum tempus verum et medium 147; quomodo lae-datur 148 ss.; quae causae excusent 152 ss.; licet infirmo peri-culose non decumbenti dare s. communionem non ieuno, sal-tem ad satisfaciendum praecepto paschali 158; a praecepto ieunii sacramentalis conceditur dispensatio 159; quomodo pe-tenda, interpretanda 159.

Ientaculum II.: num diebus ieunii liceat 682; quantitas et qualitas cibi in eo permissi 682.

Ignorantia I.: quid sit 48; quomodo differat ab errore et inadver-tentia 48; quotplex sit 49; eius influxus in actus humanos 50; unde desumatur quantitas culpae in peccatis ignoran-tiae 50; num omnis ignorantia simpliciter vincibilis (non crassa) leve peccatum sit 50; num excusat ab incurrenda reser-vatione III. 363.

Imagines sacrae II.: cultus, quid praeceptum sit 137**.

Impedimenta actus humani v. **Actus humanus**.

- Impedimenta matrimonii** III.: quis statuere possit 514. 555; num consuetudine introduci possint 555; quos obligent 556; impedientia, dirimentia 552; num liceat matrimonium inire cum impedimento dubio 553; publica, occulta 552; quae sit obligatio ea revealandi 550.
- *impedientia* III.: quot sint 556; impedimentum catechismi et criminis 556
 - *Votum* III.: quae vota matrimonium impedian 557; quod peccatum committat, qui tali voto ligatus matrimonium init 557; ad quid teneatur 557.
 - *Mixta religio* III.: quo iure matrimonium impedit 558; quis in ea dispensare possit 558; sub quibus condicionibus 559; quando matrimonium mixtum licitum sit 560.
 - *Cognatio legalis* III.: quid sit 561; natura impedimenti 562.
 - *dirimentia* III.: quot sint 564.
 - *Aetas* III.: quae ad validum matrimonium requiratur 565 ss.
 - *Impotentia* III.: quid sit 567; quotplex sit 568; quatenus dirimat matrimonium 569; de matrimonio cum impotenti inito 570.
 - *Ligamen* III.: quid sit 572; quae certitudo de statu libero requiratur 573.
 - *Disparitas cultus* III.: quae et quatenus matrimonium dirimat 574; quid, si dubitatur de valore baptismi 575.
 - *Ordo sacer* III.: quatenus matrimonium dirimat 576.
 - *Votum sollempne* III.: quodnam votum matrimonium dirimat 577.
 - *Raptus* III.: quid sit 578; quatenus dirimat matrimonium 579; indispensabile est 578.
 - *Crimen* III.: quod matrimonium dirimat 580; num ignorantes impedimentum contrahant 580; quae condiciones requirantur ad contrahendum impedimentum 581 ss.; quando multiplicantur impedimentum 584.
 - *Consanguinitas* III.: quid et quotplex sit 585; eius linea 586; eius gradus quomodo computandi 589; consanguineorum nomina 590; quatenus matrimonium dirimat 587 ss.; quando multiplicetur 591.
 - *Affinitas* III.: quid sit, unde et inter quos oriatur 593. 594; eius linea, gradus, multiplicatio 594; nomina affinium 595; quatenus matrimonium dirimat 596.
 - *Honestas publica* III.: quid sit, unde et inter quos oriatur 597; quatenus matrimonium dirimat 597; num oriatur ex matrimonio clandestino, civili 597.
 - *Cognatio spiritualis* III.: quid sit 598; unde et inter quos oriatur 599; quando multiplicetur 599; num oriatur ex baptismo privato 599.
 - *Cognatio legalis* III.: quid sit 600; quatenus matrimonium dirimat 600.
 - *ordinationis* v. *Irregularitates*.
- Imperfectio** III.: quid sit 226 (v. I, 289); non est materia sufficiens confessionis 226; quotplex distinguatur I.: 289.
- Impositio manus** III.: in confirmatione necessaria est 87; in ordinatione tactu physico fieri debet, sed sufficit tactus mediatus 460; in ordinatione impositio manus presbyterorum non requiritur 460.
- Impudicitia** IV.: quid sit 9; actus impudicitiae 51; specie differunt ab actibus consummatis 51.

Impuritas IV.: quid sit 9.

Imputatio imputabilitas I.: quid sit 79; condiciones imputabilitas 80; actus boni et mali 81; effectus boni et mali in causa voluntarii 82; quando imputentur 85; peccati ex habitu pravo commissi 86.

Inadvertentia III.: in absolvendo sive iurisd. 343.

Incestus IV.: quid sit, quotplex sit 21; duo peccata includit 22; incestus inter consanguineos et affines specie non differunt 22; incestus inter diversos cognatos specie differunt 22.

Indeterminismus I. 20.

Indifferentismus II.: cur malus sit 33.

Inductio II.: quid sit 110; quomodo differat a scandalo directo et indirecto 110; eius malitia 111; num liceat petere, quod alter non praestat sine peccato 112; num liceat suadere minus malum ei, qui ad maius patrandum determinatus est 113; num liceat apponere occasionem peccandi 114.

Indulgentia III.: quid sit 313; alio modo conceditur vivis, alio defunctis 314; indulgentiae applicari non possunt aliis vivis 314; vivis concessae infallibilem effectum habent, non item defunctis 315; personalis, realis, localis 316; plenaria, partialis 317; num eandem indulgentiam saepius in die lucrari possimus 317; quis concedere possit 318; condiciones ad lucrandas indulgentias requisitae 319; condiciones ad lucrandas indulgentias pro defunctis requisitae 320; opera ad indulgentiam plenariam necessaria 321; communio paschalis valet ad lucrandas indulgentias, quae communionem exigunt, excepto iubilaeo 322; quae visitatio ecclesiae requiratur 323; preces praescriptae ore recitari debent 324; indulgentia concessa in forma ecclesiae consueta 325.

— *altaris privilegiati* III.: quid sit 326; num eius effectus infallibilis 326; num ab aliis indulgentiis differat 326; condiciones ad eam lucrandam requisitae 327.

— *in articulo mortis* III.: unica indulgentia et plures tituli 330; quibus applicari possit 331; condiciones ex parte sacerdotis 331; ex parte moribundi 331; quando applicanda sit 331.

— *iubilaei*: v. **Iubilaeum**.

Indumentum II.: ad quid inserviat 66.

Infantes III.: quorum sacramentorum sint capaces 41; num et quando baptizari debeant 66 ss.; expositi num baptizari debeant 76.

Infideles III.: num peccent differendo baptismum 73; num moribundi sensibus destituti baptizari possint 73; num pro eis missa applicari possit 177.

Infidelitas II.: quid sit; negativa, privativa, positiva 26; eius malitia 27.

Inflatio II.: quid reddendum 577. [tia 27.]

Inimicus II.: quis dicatur 81; praecipitur diligendus 82; quatenus ipsi exhibenda signa caritatis communia et specialia 82; praecipuum reconciliationis 84; modus reconciliationis 85.

Iniuria II.: quid sit et quomodo compensetur 81. 409; quotplex sit 409; eius malitia 410; quatenus scienti et consentienti non fiat iniuria 411.

Instructio religiosa II.: num sit res sacra 39; haeretica frequentari non potest 39; num sit simonia pro ea pretium accipere 193.

Intentio I.: quid sit 43; actualis, virtualis, habitualis 43; cf. III. 20. — III.: interpretativa 20; clara, determinata, explicita 22;

absoluta, condicionata 24; in administratione sacramentorum requiritur virtualis 21; determinata 23; saltem implicita facienda, quod facit ecclesia 23; in susceptione sacramentorum requiritur saltem habitualis implicita 41.

— *missae* III.: secunda, quid sit 176; missae intentionem cum alio permutare licet 194; v. **Applicatio**.

Interpellatio coniugis infidelis III.: cur praecepta, quatenus necessaria, eius obiectum, eius formalitates, eius dispensatio 523.

Interstitia III.: quae in ordinatione servanda sint 477; quis in eis dispensare possit 477.

Inventio v. *Res amissae. Thesaurus*.

Inventor novi operis II.: eius iura v. **Auctor**.

— *rei amissae* II.: eius obligationes et iura 393.

Invidia I.: quid sit; unde oriatur; quale peccatum sit; eius filiae 341.

Involuntarium I.: quid sit 44; quotplex sit 44; differt a non voluntario 44.

Ira, iracundia I.: quid sit; quotplex sit; quale peccatum sit; eius filiae 352.

Irregularitates III.: quid sit irregularitas 480; eius subiectum, quid prohibeat, quid efficiat, eius ignorantia, quomodo multiplicantur et contrahatur 481; quomodo differat ab impedimento simplici ordinis 499.

— *ex defectu* III.: ex defectu natalium 482; huius cessatio 483; ex defectu corporis 484; huius species 485; quinam defectus animae eam inducant 486; ex defectu sacramenti 487; ex defectu famae 488; quinam infames sint 489; ex defectu lenitatis 490.

— *ex delicto* III.: condiciones ad eam contrahendam 491; defectio a fide 492; baptismus ab acatholico susceptus 493; matrimonium attentatum 494; homicidium, procuratio abortus 495; mutilatio, suicidii tentatio 496; exercitium artis medicae vel chirurgicae 497; abusus ordinis 498.

Iteratio sacramentorum III.: quae iterari non possint 26; quando fieri possit vel debeat 27.

— *baptismi* v. **Baptismus**.

— *extremae unctionis* v. **Unctio**.

Iubilaeum III.: quid sit 332; quo differat ab alia indulgentia plenaria 332; ordinarium et extraordinarium, quo differant 332; condiciones requisitae 333; facultates, quae confessariis concedi solent 334; de usu harum facultatum 334; indulgentiae et facultates, quae durante anno sancto suspenduntur 335.

Iudei II.: quatenus communicatio cum eis probita sit 36.

Iudex II.: quid sit et quotplex 719; quam scientiam et iurisdictionem habere debeat 720; quatenus peccet iudex saecularis causas ecclesiasticas ad suum tribunal trahens 720; num liceat iudici exigere dona vel sponte oblata acceptare 721; diligentia in eo requisita 722; sententiam iuxta legem ferre debet 721; iuxta scientiam iuridicam 723; quid, si scientia iuridica et privata discrepent 723; quid ei agendum, si causa maneat dubia 725; num sententiam secundum legem iniustam ferre possit 725; ad quid teneatur, qui sententiam iniustam tulit 726; quam obligationem producat sententia iudicialis 723.

— *iuratus* II.: quis dicatur 728; ad quid teneatur 728; quid, si scientia iuridica et privata discrepent 728.

Iudicium practicum I.: quid sit 45; quatenus ad actum moraliter bonum necessarium sit 45; v. **Conscientia**.

Iudicium temerarium II.: quid sit 658; quomodo differat ab opinione temeraria, suspicione, dubitatione temeraria 658; eius malitia 659; suspicionis temerariae malitia 660; quando grave peccatum sit 661; num liceat ita se gerere, ac si alter malus esset 661; in dubio de morali aestimatione proximi 661*.

Iuramentum II.: quid sit 239; eius liceitas 240; quotplex sit 241; condiciones validi iuramenti 242; quae sint formulae iuramenti 243; condiciones liciti iuramenti 244; num liceat iurare cum restrictione mentali 244; quale peccatum sit iuramentum falsum 250; carens iustitia 251; iuramentum fictum 252; num sint iuramenta reservata 235.

— *promissorium* II.: quid et quotplex sit 245; eius obligatio 246; num valeat de re mala, inutili, minus bona 246; quomodo interpretandum sit 247; quomodo cesseret 249; quatenus obliget iuramentum fidelitatis 248; num obliget iuramentum metu extortum 246. 248; ad quid obliget iuramentum additum contractui 540.

Iurisdictio III.: quid sit 338 cf. I.: 127; solum in subditum exerceri potest 340; a superiore poenitentis concedi debet 340; etiam ad absolvendum a venialibus requiritur 340; ordinaria et delegata 338. 341; cui competit ordinaria 341; quot modis delegari possit 339; quomodo cesseret iurisdictio 343; qua iurisdictione absolvantur navigantes in mari 344; quando eam suppleat ecclesia 345; iurisdictio dubia et probabilis 347; num licitus sit eius usus 347; in religiosos 349; in alumnos convictores 349; in religiosas 350; quo differat a potestate dominativa I.: 127; v. **Periculum, Religiosi, Religiosae**.

— *ecclesiastica* I.: quid sit 129; quomodo differat a civili 129; quotplex sit 129; quando delegata subdelegari possit 130; quando exspiret 131.

— *restrictio* III.: quot modis fieri possit 355; v. **Reservatio**.

Ius I.: quid sit 269; quotplex sit 270; connatum, acquisitum: alienabile, inalienabile 206.

— II.: ad laborem 69; in quae bona homo ius habeat 364 s.; quatenus in famam ius habeat 642.

Iustitia I.: tripliciter accipitur 271; eius species 271; eius partes 276; commutativa 272; distributiva 273; legalis 274; socialis 275, II.: 355; vindicativa 275; commutativa inducit obligationem restitutionis, si laesa fuerit 277.

L.

Labor II.: quid sit 67; eius momentum 67; quatenus existat obligatio laborandi 68; quodnam sit ius ad laborem 69; quatenus sit modus acquirendi dominii 397 s.; eius naturalis destinatio 609.

Laxismus I.: quid doceat; qui eum defendant; quomodo refutetur 234; quinam dicantur *laxistae* 234.

Lectiones turpes IV.: malitia diversarum lectionum turpium 59.

Legatum II.: quid sit 558; quando legatarius eius dominium acquirat 558; plium, quo iure regatur 556. 558.

- Lex** I.: quid sit 106; differt a praecepto 107; eius sanctio 109; quotuplex sit 110; quando obligare incipiat 155; ad quid obliget 163; num metus a lege excuset 176.
- *aeterna* I.: quid sit 111; quo differat ab aliis legibus 111.
 - *antiqua* I.: quatenus abrogata sit 119; quando abrogata sit 119; quamdiu licite observari potuerit 119.
 - *civilis* II.: eius valor in materia iustitiae 356.
 - *militaris* II.: num condi possit 318; quid ad eius iustitiam requiratur 318; quatenus in conscientia obliget 319; qui ab ea immunes sint 321; num ex eius laesione obligatio restitutioonis oriatur 475.
 - *naturalis* I.: quid sit 112; quid praecipiat 112; quomodo promulgetur 112; continet triplicis generis pracepta 113; num ignorari possit 114; quatenus immutabilis sit 116 s.
 - *positiva divina* I.: quid sit 118; cur supernaturalis dicatur 120; quae pracepta contineat 120; quos obliget 121; absolute perfecta est 121; num ecclesia in eam dispensare possit 122.
 - *humana* I.: potestas eam ferendi 127; in societate civili 128; quis in ecclesia leges ferre possit 132; eius obiectum quomodo comparatum esse debeat 136 ss.; num praecipere possit actus internos 138; num actus heroicis 140; num se extendat ad actus praeteritos 141.
 - *poenalis* I.: quid sit 164; num condi possit 164; num existat 165.
 - *irritans* I.: quid sit 166; quotuplex sit 167; num lex irritans civilis actum solum civiliter irritet 168.
 - *in praesumptione fundata* I.: quid et quotuplex sit 169; quam vim habeat 170.

- Legis subiectum** I.: in genere quodnam sit 144 s.; quodnam sit in lege naturali, positiva, divina, humana 146; num haeretici teneantur legibus ecclesiae 148; num lege sua teneatur ipse legislator 149; quatenus legibus ecclesiae teneantur pueri 147; regulares 151; peregrini et vagi 152; num clerici teneantur legibus civilibus 150.
- *promulgatio* I.: quid sit 153; num necessaria sit 153; a quo fieri debeat 153; quomodo fieri debeat 154.
 - *acceptatio* I.: quid sit 156; num requiratur 156.
 - *interpretatio* I.: quid sit 157; quotuplex sit 157; authentica et doctrinalis 157; Effectus interpretationis authenticae, doctrinalis, usualis 158; quis interpretari possit 159.
 - *epikia* I.: quid sit 160; quando ea uti liceat 160.
 - *obligatio* I.: obligatio moralis 108; quando incipiat 155; existit 161; pendet a voluntate legislatoris 161; unde eius voluntas cognoscatur 161; quotuplex esse possit 162; ad quid obliget lex 163; quomodo cessare possit 175.
 - *impletio* I.: quomodo lex implenda sit 171; quando implenda sit 174; num eodem actu et eodem tempore pluribus praceptis satisfieri possit 172 s.
 - *deobligatio* I.: per causas eximentes 175; per causas excusantes 176 s.
 - *dispensatio* I.: quid sit 180; quomodo differat a licentia et declaratione 180; quotuplex sit 181; de ipsa potestate dispensandi 182; quis dispensare possit 183; in quibus legibus 182; num episcopus religiosos exemptos 184; num habens potesta-

tem dispensandi secum ipse dispensare possit 185; num s. pontifex in lege divina 122; num dispensari possit absens, invitus 184; num superior dispensare debeat 186; quid requiratur ad validam, quid ad licitam dispensationem 187; qui utitur dispensatione valida, sed illicite petita, non peccat 187; num liceat uti dispensatione extra dioecesim 191; quomodo cessat 188 ss.

Legis cessatio I.: lex cessat abrogatione et derogatione 198; cessatione finis 199; v. **Finis**; consuetudine contraria 202 ss.

— **sanctio** I.: quid sit, quotplex sit, eius finis 109.

Legislator humanus I.: qua potestate indigeat 127; quomodo aliquis eius subditus constituatur 151; civilis 132.

Libellus repudii III.: quid effecerit 502.

Liber II.: quid nomine libri 697; quis licentiam edendi librum dare possit laicis, clericis saecularibus, religiosis 702 s.

Libertas I.: quid sit 19 s.; contradictionis, contrarietatis, specificationis 19; quod sit 21; cognitio et libertas 25. 26; propensio voluntatis et libertas 27; habitus et libertas 59 s.; morbus animi et libertas 61 s.; statistica moralis et libertas 22; anthropologia criminalis et libertas 23; psychiatria et libertas 24; quae in libertatem influunt 25 ss.

Libri pravi II.: lege naturae qui prohibeantur 695; lege ecclesiastica prohibiti, unde cognoscantur 696; quando eorum lectione, retentione grave peccatum committatur 696; quid nomine libri intelligatur 696; quis eos prohibere possit 703; quis facultatem legendi concedat 712; qui libri sint ipso iure prohibiti 707.

— *turpes*; v. **Lectiones**.

Litterae II.: alienas litteras legere quantum peccatum sit 671; quando id licitum fiat 672.

— **testimoniales** III.: ad ordinationem requisitae 472; **dimissoriae** ad ordinationem requisitae 473.

Locatio II.: quid sit, quotplex 607; quas obligationes inducat 608; obligationes quoad locationem agrorum 608; v. **Conductio**.

Locus sacer, religiosus, pius II.: quid sit 178.

Loteria II.: quid sit 625; requisita ad eius iustitiam 626.

Ludus II.: quid sit sensu iuridico, sensu morali 622; requisita ad eius iustitiam 623; ad eius liceitatem 624; num lucrum retinere possit, qui alium ad ludendum coëgit 623; qui rem alienam exposuit 623; v. **Bursa**.

Lumen III.: sine lumine celebrare grave peccatum est 213; num uno lumine celebrare veniale sit 213; duae candelae ex cera tempore missae ardere debent 213; celebrare cum candelis ex sebo non licet 213.

Luxuria IV.: quid sit 9; directe, indirecte volita 10; directe volita non admittit parvitatem materiae, indirecte volita eam admittit 11; indirecte volita quando grave peccatum 12. 13; actiones graviter et leviter in eam influentes 13; v. **Delectatio venerea**.

Luxuria actus IV.: perfecti, imperfecti; consummati, non consummati: interni, externi 10; externorum malitia 52; specifica differentia 53.

— **peccata** IV.: specialem foeditatem habent 11; consummata *iuxta* naturam 15 ss.; *contra* naturam 29 ss.; non consummata

48 ss.; num in iis detur ignorantia invincibilis 13; externa 51 ss.; interna 61.

M.

- Magia** II.: quid et quotplex sit 163; eius malitia 164; magia recens 166 ss.; v. **Tabulae rotantes**, **Magnetismus animalis**, **Spiritus-mus**.
- Magistri** II.: eorum obligationes erga discipulos 307; num in scholis acatholicis docere possint 296.
- Magnetismus animalis** II.: quatenus eo uti liceat 168.
- Maledictio** II.: quomodo peccet maledicens proximo 101; creaturis ratione carentibus, sanctis, diabolo 204.
- Maleficium** II.: num sit 165; quid et quotplex sit 163; quomodo tolli possit 166.
- Malthusianismus** IV.: quid sit 72; v. **Onanismus**.
- Mandans** II.: quis sit 480; quatenus ad restitutionem teneatur 480; eius obligationes erga damnificatum 481; erga mandatarium 482; num restituere debeat, si mandatum revocavit 481.
- Mandatum** II.: quid sit contractus mandati 571; obligationes mandatarii 572; mandantis 573.
- Manus impositio** v. **Impositio**.
- Maritus** II.: eius obligationes erga uxorem 281; eius iura et obligationes quoad bona communia 377.
- Martyrium** I.: quid et quotplex sit 282; num infantes martyrii sint capaces 282; condiciones veri martyrii 283; quae sit dispositio ad martyrium requisita 284; effectus martyrii 285.
- Masochismus** IV.: quid sit 47.
- Mater** II.: num prolem proprio lacte nutrire debeat 293; num teneatur subire sectionem caesaream ad servandam prolem 344; quid matre mortua ad baptizandum foetum III.: 71.
- Materia sacramentorum** III.: quid sit remota et proxima 11; extra casum necessitatis debet esse certa 12; simul cum forma applicari debet 13; ab eodem ministro, qui formam pronuntiat 14; v. singula sacramenta.
- Materiae mutatio** III.: substantialis, accidentalis 15.
- Matrimonium** III.: quid sit 502; quando et quomodo institutum 502; quo differat a ceteris contractibus 502; eius fines 504; eius bona 505; per procuratorem initum 629; sub condicione initum 630; sub condicione, quae adversatur eius substantiae 631; num copula ad eius essentiam requiratur 622; prout sacramentum est 506; sacramentum a contractu non differt 507; eius materia et forma 508; eius ministri 509; eius subiectum 510; eius effectus 512. 654 ss.; eius divisio 513; morganaticum 513; conscientiae 513; attentatum 513; s. Iosephi 631; ecclesiae in illud potestas 514; auctoritatis civilis in illud potestas 515; mixtum 651 ss.
- *civile* III.: quid sit, quotplex sit 673 s.; quatenus licitum 675; quatenus validum sit 676; num magistratus matrimonio-civili assistere possit 677.
- Matrimonii necessitas** III.: quatenus asserenda sit 503.
- *consensus* III.: quid sit 621; eius necessitas 622; eius proprietates 623 ss.; contrahentium praesentia 629; consensus condicionatus 630 ss.; de condicionibus contra substantiam matri-

monii 631; de defectibus consensus 632 ss.; error 632; vis et metus 633.

Matrimonii individualitas III.: in quo consistat 628.

- *unitas* III.: in quo consistat 517; perfecta, imperfecta 517; ei opponitur polyandria, polygynia et bigamia 517.
- *indissolubilitas* III.: interna, externa 518; solvi potest matrimonium ratum fidelium 519 s.; matrimonium consumatum infidelium 520 ss.
- *celebratio* III.: quo tempore, ritu et loco fieri debeat 640. 647; quomodo celebrando sint matrimonia mixta 651; num liceat adire ministrum haereticum 652; de indignis 649; de matrimonio inscribendo 653.
- *convalidatio* III.: quid et quotplex sit 657; quid confessario agendum, qui deprehendit matrimonium invalidum 657; quomodo sit facienda, si matrimonium nullum sit ob defectum consensus 659; si nullum sit ob defectum formae 660; si nullum sit ob defectum habilitatis 658; v. **Sanatio in radice**.
- *impedimenta* III.: 555 ss.
- *solutio*: v. **Divortium**.
- *proclamatio* III.: eius finis 547; sub gravi facienda est 547; quoties, quando, ubi, a quo facienda sit 548 s.; quis ab ea dispensare possit 549; quae sit iusta dispensandi causa 549.
- *assistantia* III.: activa, passiva 649; quis assistere debeat 637; num assistere possit parochus putativus, parochus intrusus 637; condiciones validae 642; licitae assistentiae 642; quis matrimoniis vagorum assistere debeat 642; v. **Delegatio**. Quae assistentia exhibenda publicis peccatoribus 649; in matrimoniis mixtis 651.
- *testes* III.: 643.
- *usus* v. **Actus coniugalnis**.

Medicina magica II.: quid sit, num superstitiosa sit 159.

Medicus II.: eius obligatio 743; quatenus peccet aegrotorum curam respuens 744; num possit praebere remedium ad explorandam eius virtutem 744; num licite adhibeat hypnotismum 749; quatenus teneatur monere aegrotum de mortis periculo 745; quatenus stipendum exigere possit 746; quatenus liceat praebere remedia inutilia 746.

Mendacium II.: quid sit 636; quotplex sit 637; eius malitia 638.

Menstruatio IV.: quid sit 41; quomodo tractandae, quae m. patiuntur 41; usus matrimoniis tempore menstruationis 82.

Mentiri in confessione III.: num semper grave peccatum sit 271.

Mercatus II.: quatenus diebus festis prohibiti sint 268.

Merces iusta II.: individualis, familialis 610; operario debetur merces familialis 611; minime vero pars lucri 611; seminarium 612.

Meretricium IV.: quid sit 16; num meretrices permitti possint 17; v. **Fornicatio**.

Meritum I.: quid sit 100; quotplex sit 101; condiciones meriti de condigno 102.

Metus I.: quid sit 54; quotplex sit 55 cf. II. 537; eius influxus in actus humanos 56; num metus reverentialis possit esse gravis 55; num valeant obligations ex eo contractae 56; num ab observatione legis excuset 176; quatenus irritet contractus II. 537.

- quoad votum II. 210; iuramentum II. 246. 248.

Milites II.: conducti, conscripti 318; eorum obligationes 320; num fugere possint 321; num desertores redire teneantur 321; num eis militare liceat in bello iniusto 354; num bona hostium auferre 354.

Militia v. Lex militaris.

Ministrare sacramentum III.: sub condicione de praesenti vel praeterito licet 25; sub condicione de futuro non licet 25; sacramentum dubii valoris sub condicione ministrari debet 25; in statu peccati quando peccatum grave sit 29 s.; iuxta Rituale romanum 31; quis licite possit 32 s.; quanta sit obligatio pastorum 34; quanta non-pastorum 35; quando adsit obligatio gravis 34 s.; non licet sacramenta ministrare indignis nisi ex iusta causa, nunquam vero incapaci 36; ob quas causas liceat sacramentum ministrare indigno 36 s.

Minister sacramentorum III.: principalis, secundarius, ordinarius, extraordinarius, consecratus, non-consecratus; publicus privatus 17; quae attentio requiratur 19; v. **Attentio**; quae intentio requiratur v. **Intentio**; in dignitatem suscipientis inquirat oportet 36; indignus quis sit 43; non licet sacramenta petere a ministro indigno nisi ex iusta causa 43; cf. singula sacramenta.

— **missae** III.: sub gravi requiritur minister masculus 213; deficiente ministro mulier celebranti a longe respondere potest 213.

Misericordia II.: quid sit 86; eius obiectum 86; eius praeceptum 87; eius opera 88.

Missa III.: quid sit 163; est verum sacrificium 164; non ad eius essentiam, sed ad eius integratatem communio requiritur 165; in consecratione unius speciei non habetur essentia sacrificii 166; eius quadruplex finis et effectus 167; varii offerentes 168; tum missa tum sacerdos offerens tripliciter considerari potest 169; quomodo remittat peccata 172; pro quibus offerri possit 177; num pro infidelibus vel pro excommunicatis sive vivis sive defunctis 178; num pro infidelibus defunctis, pro catechumenis 178; missae manuales, ad instar manualium, fundatae 188; sacrificium inchoatum complendum est 215; potest aliquis eodem tempore pluribus missis assistere 173; missae *gregorianae* quid sint, num licitae sint 329.

— II.: quo iure audienda praecipiatur 257; qua intentione audienda 258; qua attentione 259; quid sit missam integrum audire 260; cum praesentia corporali 261; quo loco audiri debeat 262; causae ab hoc praecepto excusantes 263; dispensatio 264.

Missae fructus III.: qui sint 170; ex opere operato producti 171; meritorius, impetratorius, propitiatorius, satisfactorius 172; quomodo singuli producantur 172; generalis, specialis, specialissimus, ministerialis 173; quomodo singuli applicentur 173; non sunt infiniti valoris 174 s.; qui eodem tempore pluribus missis assistit, omnium fructus percipit 173; fructus missae dividi possunt 180.

— **minister** III.: v. **Minister**.

— **interruptio** III.: sine interruptione celebrari debet 214; essentialis interruptio illicita 214; accidentalis ex iusta causa licita est 214.

Missale III.: romanum editionis typicae in celebratione adhibendum 210; non licet sine missali celebrare 213.

Missarum reductio III.: quis missas reducere possit 195; per reductionem fideles detrimentum non capiunt 195.

— **condonatio** III.: quid sit 196; solus s. pontifex missas condonare potest 196; quando condonatio concedatur 196; duplex effectus condonationis 196.

— **applicatio** III.: quid sit 176; publica, occulta 178; num valeat: *ad mentem b. Virginis* 179; a quo fieri debeat 176. 179; num fructus missae nulli applicatae in thesauro ecclesiae maneant 176; quando fieri debeat 179; duarum applicationum quaenam valeat 181; pro eo, qui primus datus est stipendium 181; pro vivo, qui creditur mortuus 181; valet applicatio missae de requiem facta vivo 181; quoties facienda sit pro populo 183; num fieri debeat ab ipso pastore 184; quo die et loco 184; qui applicare debet in honorem alicuius sancti, non tenetur dicere missam votivam 186; quando applicanda sit missa ex stipendio debita 189; licet missae applicationem permittare 194.

— **celebratio** III.: in statu peccati est sacrilegium 29; in pane fermentato quando liceat 107; quoties praecpta ratione sacerdotii 182; ratione officii 183; quae sit obligatio celebrandi ratione stipendi 185; ratione beneficii 197; ratione oboedientiae 198; ratione promissionis 199; quo loco fieri debeat 199; num extra ecclesiam, in navi celebrare liceat 201; quibus diebus celebrare liceat 202; qua diei hora celebrare liceat 205; quoties eodem die celebrare liceat 207; in celebratione ritum omittere grave esse potest 211; non licet in celebratione ritum addere 212; non licet celebrare nisi in altari 213.

— **stipendia** v. **Stipendium**.

Moderamen inculpatae tutelae II.: quid sit 333; quatenus in defensione sui necessarium 333.

Mohatra II.: 579.

Monopolium II.: quid et quotuplex sit 603; quodnam licitum sit 604; num licitum sit monopolium per conventionem venditorum constitutum 604.

Montes pietatis II.: 586.

Morale I.: quid dicatur 63.

Moralitas I.: quid et quotuplex sit 63. 65; eius norma v. *norma moralitatis*; non est absque Deo 68; eius fontes 69 ss; num *actus externus* propriam moralitatem habeat 78.

Moribundi III.: sacramenta petere possunt etiam ab excommunicato vel haeretico 43; ab integritate confessionis excusantur 294; qui absolvit non possint 295; num haeretici absolvit possint 297.

— **sensibus destituti** III.: quae intentio requiratur ad valide suscipienda sacramenta 41; quamdiu vita in iis supponi possit 296; sub condicione absolvit possunt 295.

Morphium I.: eius effectus 347; quando eius usus licitus sit 348; num in articulo mortis 349.

Motus I.: primo primi, secundo primi, secundi 46; quaenam resistentia motibus concupiscentiae opponenda 327.

— **carnales** IV.: quid sint, graves, leves 48; eorum malitia 49; quae resistentia eis opponenda 50.

Mundus I.: quatenus fugiendus 38.

[324.]

Muti III.: ad confessionem tenentur 273. 285; quoad indulgentiae

Mutilatio sui II.: quatenus illicita 328; num liceat se castrare 328.

Mutuum II.: quid sit contractus mutui 575; non licet ratione mutui lucrum percipere 578; licet ratione tituli externi 579; num liceat ratione tituli legis civilis 580; quid reddere tenetur, qui pecuniam mutuo acceperat, si valor pecuniae valde minutus sit 577; quando gratis concedi debeat 581; alii contractus mutuo similes 580; recens lex ecclesiae 581; cur hodie foenus licitum 582.

N.

- Navigantes in mari** III.: qua iurisdictione absolvantur 344.
Necessitas II.: medii et praecepti quae sit 7; corporalis, spiritualis 75; levis, gravis, extrema 75; quae necessitas a furto excusat 424; ad quid teneatur extreme indigens 425; ad quid dominus quoad extreme indigentem 425.
— **proximi spiritualis** III.: extrema, gravis, communis 34.
Norma moralitatis I.: quae sit 64; norma constitutiva et suprema 66; norma manifestativa 67.
Notarii II.: qui diebus festis documenta authentica conficiunt 269; qui in documentis venditionis etc. minus pretium declarant 317; v. **Advocatus**.
Nundinae II.: quae diebus festis prohibitae 268.

O.

- Obiectum actus moralis** I.: quid sit 70; quotuplex sit 71; quatenus moralitatem tribuat actui 70.
Obligatio I.: physica, moralis 108; eius principium 108; tendendi in finem ultimum 37 s.; quomodo differant obligatio fidelitatis et iustitiae II. 547; legis v. **Lex**.
Oboedientia II.: quid sit 278; eius obiectum materiale et formale 278; num oboedientia praeceptum supponat 278; quando peccatum specificum inobedientiae committatur 278.
Observantia II.: quid et quotuplex sit 277; quatenus a pietate differat 277; eius obiectum materiale et formale 277.
— **vana** II.: quid sit 159; quotuplex sit 159; sanitatum 159; eius malitia 160; quomodo dignosci possit 161 ss.
Obsessi III.: solum in eos, qui certo tales sunt, exorcismus adhiberi debet 54.
Obstetrics III.: diligenter instruendae circa modum baptizandi 75; quomodo de baptismō collato examinandae 75.
Occasio peccati III.: quid sit 398; quo differat a periculo peccati 398; remota et proxima 399; voluntaria et necessaria, in esse et non in esse 399; particularis 419 ss.
Occasionarius III.: num absolvī possit in occasione proxima libera 400; in occasione proxima necessaria 401.
Occisio sui I.: quatenus illicita 326.
— **malefactoris** II.: a quo et sub quibus condicionibus fieri possit 330.
— **iniusti aggressoris** II.: sub quibus condicionibus licita sit 332; num praecepta sit 332; ad quae bona tuenda liceat 334 s.
— **innocentis** II.: quatenus sit illicita 338; quando permitti possit 338.
— **foetus**: v. **Abortus, Craniotomia**.

- Occultatio veritatis** II.: varia media excogitata 639; ex iusta causa licita est 640.
- Occupatio** II.: quid sit 383; condiciones ad eam requisitae 383; quatenus occupari possint animalia mansueta 385; mansueta 386; fera 387.
- Odium** II.: quid sit 63; abominationis, inimicitiae 63.
 — *Dei* II.: quatenus aduersetur spei 48; caritati 63 ss.
 — *proximi* II.: quantum peccatum sit 100.
- Offensa** II.: quid sit et quomodo compensetur 81.
- Officia** I.: eorum divisiones 206.
- Officium divinum** II.: quid sit 753; eius fructus 754; eius partes 755; unde oriatur eius obligatio 756; quando graviter peccet illud negligens 757; quatenus debeant restituiri fructus ob neglectam recitationem 758; eius forma 759; num recitandum sit officium Mariae virginis, defunctorum etc. 760; quodnam officium recitandum sit 761; quatenus peccet commutans officium 762; quomodo recitandum sit 764 ss.; num recitari possit cum socio 765; quatenus liceat recitationem interrumper 769; quatenus peccet ordinem horarum invertens 770; quo tempore singulae partes recitandae sint 772; qua hora anticipari possit matutinum 773; quae causae a recitatione excusent 774 ss.
- Oleum consecratum** III.: triplex 86; in consecratione aquae baptismalis adhibendum 59; v. **Confirmatio, Unctio**.
- Omissio** I.: quatenus operis non praecepti omissio peccatum sit 92.
- Onanismus** IV.: quid sit; duplex modus 72; grave peccatum est 73; cooperatio ad primum modum ex gravi, ad alterum modum solum ex gravissima causa licita est 74; media cavendi onanismi 75; num coniuges de eo interrogandi a confessario 76.
- Onanista** IV.: num de peccato monendus, si in bona fide sit 76; num uxor onanistae debitum reddere possit, num debeat, num ab eo petere possit 74.
- Opera** II.: quae servilia, liberalia, communia, forensia 265. 267; quae diebus festis prohibita 266; quomodo peccet opera prohibita peragens 266; quatenus prohibitae sint actiones iudiciales 268; actiones civiles 269; quae causae ab hac prohibitione excusent 270 ss.; num excusset ratio vitandi otii 272.
 — *moralia* III.: quotuplicis generis sint 225.
- Operarii** II.: quatenus differant a famulis 298; eorum obligationes erga heros 303; num possint cessare ab opera ex condicto 304 s.; quae sit iusta merces 610 s.
- Operatio chirurgica** II.: quatenus eam subire teneamur ad servandam vitam 325; num superior eam praecipere possit 325; num licita sit castratio, Porrensis 328; craniotomy 340; sectio caesarea 344; vasectomy 328; quando licet punctio cordis 339.
- Operistitia** II.: quando iusta 304; quando licita 305.
- Opinio** I.: quid sit 225; opinio speculative probabilis non est semper practice probabilis 226; opinio tenuiter probabilis non est vere probabilis 226; opinio unice probabilis quid sit 226; opinio tuta, minus tuta, tutior 227; opinio vere probabilis 237; opinio probabilior, aequiprobabilis, minus probabilis, probabilissima 227; quando opinio tutior eligenda sit 236; quid requiratur, ut opinio probabilis eligi possit 237; quando liceat uti opinione probabili 242; num etiam in casu legis cessantis 242. 248.

- Opiniones** I.: falsae, num peccatum impedian 61.
Oppressa IV.: quando immunis sit a peccato 24.
Oratio II.: quid sit 138; num attentio ad eius essentiam requiratur 139; quotuplex sit 140; ad quos dirigi possit 141; pro quibus fundenda sit 142; quid petendum sit 143; num infallibiliter exaudiatur 144; eius condiciones 145; qua necessitate requiratur 146; quando eius praeceptum obliget 147.
Oratorium III.: quid sit 200; publicum, semipublicum, privatum 200; per se solum in oratorio consecrato vel benedicto celebrare licet 201; quis licentiam oratorii semipublici concedere possit 201; solus s. pontifex concedere potest licentiam oratorii privati 201.
Ordinarius III.: eius iurisdictio 341 s.; quinam 341.
Ordinatio III.: qui defectus in ea commissi suppleri debeant 459; tempus ordinationis 475; locus ordinationis 476; titulus ordinationis 474; num sit obligatio recitandi preces vel dicendi missas in ordinatione impositas 479; impedimenta ordinationis 480 ss.
Ordo I. moralis 34; naturalis et supernaturalis 35; physicus et moralis 63.
 — II.: servandus inter personas diligendas 73; inter bona diligenda 74; inter necessitates proximi 75; inter nos et proximum 76 ss.; inter diversos proximos 80; inter creditores quoad restitutionem 505 ss.
 — *sacer* III.: eius definitio 449; ordinum numerus 450; tonsura non est ordo 452; ordines minores non sunt sacramenta 453; quam potestatem conferant 453; num maiores ordines sint sacramenta 454; quam potestatem conferant 454; quos effectus ordo producat 451.
Ordinis materia et forma III.: quae sit in minoribus 455 s.; eam s. pontifex determinat 455; quae sit in maioribus 457 s.; observanda quoad impositionem manuum 460; quoad instrumenta tangenda 458. 461.
 — *minister* III.: validae ordinationis 462; licitae ordinationis 463; num sacerdos delegari possit ad ordines minores conferendos 462; quis sit proprius ordinandi episcopus 464; non licet conferre ordinem praetermisso inferiore 478; non licet duos ordines sacros eodem die conferre 477.
 — *subiectum* III.: quis ordines valide suscipere possit 465; quis eos licite suscipere possit 466 ss.; num ordinandus esse debeat in statu gratiae 466; num confirmatus 466; quae sit scientia pro singulis requisita 470; quae aetas pro singulis requisita 469; titulus ordinationis requisitus 474.
Ornatus mulierum II.: quatenus peccaminosus sit 107.
Oscula inhonesta IV.: malitia diversorum osculorum 56; num liceat admittere oscula libidinosa 60.

P.

- Paederastia** IV.: quid sit 43. 47.
Palpo II.: quis sit et quatenus ad restitutionem teneatur 492.
Panis III.: qualis sit materia eucharistiae v. **Eucharistia**.
Parentes II.: eorum obligationes ergo liberos 290 ss.; num teneantur consensum dare filiis religionem ingredi vel matrimonium inire volentibus 288; tenentur filiis procurare alimentum 292; instructionem 294; v. **Scholae**.

- Parochus** I.: num dispensare et potestatem dispensandi delegare possit 182; III.: eius iurisdictio 341 s.; eorum, qui loco parochi sunt 341; num assistere possit matrimonio publici peccatoris 37; viaticum ministrare pertinet ad parochum 126; quoties pro populo applicare debeat 183; num ipse, quo die et loco applicare debeat 184; assistens in matrimonio v. **Matrimonii assistentia**.
- Partes corporis** IV.: quae ex se non incitant, aliqualiter incitant, ex se incitant 51.
- Participans** II.: quis sit et quatenus ad restitutionem teneatur 494; num liceat in actione iniusta immediate participare 118.
- Partus acceleratio** II.: quo differat ab abortu 342; sub certis conditionibus licita 342.
- Pathologici status** IV.: 40.
- Patrini baptismi** v. **Baptismus**.
— *confirmationis* v. **Confirmatio**.
- Pauperes** II.: quatenus in diversis necessitatibus iuvandi sint 91; cura pauperum a quo et quomodo exercenda sit 93.
- Peccata interna** I.: quot distinguantur 330; num specie morali differant 330.
— *capitalia* I.: cur ita vocentur 338; quot numerentur 338.
— *in coelum clamantia* I.: quae sint 354.
— *in Spiritum S.* I.: quae dicantur secundum scripturam 355; quae secundum theologos 356; quo sensu irremissibilia sint 355 s.
— *luxuriae* v. **Luxuria**.
— *mortalia* III.: sunt materia necessaria confessionis 228; in specie infima declarari debent 276; omnia et singula 277; quid significet particula *circiter* numero peccatorum addita 277; eorum actus externus declarari debet 278; non autem eorum effectus 279; dubia non sunt materia necessaria 280.
— *venialia* III.: sunt materia libera et sufficiens confessionis 229; confessio generica venialium valida, sed illicita 267 s.; num liceat confiteri venialia sine dolore 264; sufficit dolore de frequentia venialium 264; num ecclesia eorum confessionem praecipere possit 275.
— *remissa* III.: sunt materia sufficiens confessionis 226; directe et indirecte remissa 228; indirecte remissa sunt materia necessaria confessionis 284.
— *reservata* III.: v. **Reservatio. Casus**.
- Peccati origo** I.: quae sit 324; per temptationem 327.
— *periculum* I.: quid et quotplex sit 325; quatenus vitare temerarum grave, quatenus leve 326.
- Peccator** III.: publicus, occultus 37; peccatori publico neganda sunt sacramenta 37; peccatori occulto neganda sunt sacramenta, si occulce petit 37; quid requiratur, ut peccator publicus ad eucaristiam admitti possit 37.
- Peccatorum distinctio specifica** I.: num sint peccata specifica distincta 304; norma specifica distinguendi peccata 304 s.; num peccata commissionis et omissionis contra eandem virtutem sint eiusdem speciei 305; num peccata pluribus praecoptis circa eandem materiam opposita sint diversae speciei 306.
— *distinctio numerica* I.: ex dupli fonte derivatur 307; quando plures actus moraliter unum constituant 308; quando plura

obiecta moraliter unum constituant 313; quando actus voluntatis moraliter interrumpantur 309; quando multiplicentur actus interni 310; actus exterius complendi 311; actus externi 312; actus interni ad plura obiecta relati 314; actus externi ad plura obiecta relati 315.

Peccatorum gravitas I.: diversa est peccatorum mortalium gravitas 323; quot modis peccatum grave fiat leve 319; quot modis peccatum leve fiat grave 321; num plura venialia constituent mortale 322.

Peccatum I.: quid sit 289; quatenus differat ab imperfectione 289; requisita ad peccatum 290; nullum est peccatum philosophicum 291; multiplex peccati divisio 292; omissionis 293; peccati distinctio theologica 294; sunt peccata mortalia et venialia 295; criteria inter ea discernendi 296; peccata ex toto genere gravia, ex toto genere levia, ex genere suo gravia 297; peccatum indelibetur 320.

- *mortale* I.: eius essentia 298; eius effectus 299; condiciones peccati mortalis 316; peccati venialis 320; in quibus peccatis detur parvitas materiae 297; signa semiplena advertentiae 317; signa semipleni consensus 318; quomodo peccet, qui nil cogitat, utrum res gravis an levius sit 317; qui dubitat, utrum aliquid grave an leve sit 317; qui deliberat de peccato committendo 318.

- *veniale* I.: eius essentia 300; cur dicatur *veniale* 300; eius effectus 301; condiciones ad illud requisitae 320.

- *habituale* I.: mortale 302; veniale 303.

Pecunia II.: utrum sterilis an frugifera 580; cur nunc dicenda sit actu frugifera 582; contractus lucrativi circa pecuniam 580.

Peregrini I.: qui dicantur, quas leges observare debeant, quibus privilegiis fruantur 149; III.: qua iurisdictione absolvantur 340; num a casibus reservatis absolvi possint 365.

Periculum mortis III.: in periculo mortis supplet ecclesia iurisdictionem 346; cessat omnis reservatio 346; absolvere potest simplex sacerdos praesente approbato ab omnibus peccatis et censuris 346; num absolutus a censura reservata se sistere beat, si convalescat 346.

- *vitae* II.: remotum, proximum 327; num liceat se periculo vitae exponere 327; ad salvandum proximum 77.

Periurium II.: quid sit et quotplex 250; quale peccatum sit periurium stricte acceptum 250; late acceptum 251.

Persona habilis III.: ad ineundum matrimonium 627; ad ineunda sponsalia 529.

Persuasiones falsae v. **opiniones falsae**.

Pertinacia II.: ad haeresim requisita 29. [tas 47.]

Perversio sexualis IV.: quid sit et quotplex sit, eius imputabili-

Pietas II.: quid sit 276; eius obiectum materiale et formale 276; peccata contra pietatem 276.

Pignus II.: 361.

Piscatio v. **Venatio**.

Piscis II.: quid nomine piscis veniat sensu ecclesiastico 677.

